

Hendū esse sumat pro sumauit: atq; idcirco sumat vltimā debere cīcūflectere: merito a seruō in eodē loco explodit: neq; vlo modo ē admittēdū. Sz neq; illa quē sunt a dico. is. duco. is. t facio. is. cōposita: q abīscunt. e. litterā finalē in secūda psona singulari presentis impatiū modi: alio modo sunt pferēda: quā secūdū regulas accētus latini. Si cut neq; aduerbia illa isthuc illuc. isthic illic. et similia. neq; obstat qd sunt abscissa ab eo qd est isthuce. illuce. iā donec siue ex eo qd est abscis sum ab eo qd donicū: siue ex regula de accētu latino tradita primā cīcūflectit. Tertio inquā accētus latini regula fallit attractione: siue inclinatione: ex natura vt aiunt quarūdā particularū: quas dicunt habere vim attrahēdi siue inclinādi ad se vltimā syllabā dictiōis pcedētis. Graecitamē aliter dīcūt appellari apud se quasdā particulas encliticās hoc ē inclinatiūs: nō qd ad se inclinēt vltimas dictionum pcedētiū syllabas: sz qd ad illas suos accētus remittāt. Sed siue hoc siue illud sit: qd ad rationē plationis attrinet: nihil refert. Sed habeāt graeci huiusmodi particulas inclinatiūs: qbus est cōsuetū acuere vltimas dictionū syllabas: id quod apud illos habere nescio quā suavitatē Quītilian⁹ dicebat: Latini fmonis cōsuetudo huiusmodi accētus qsi pegrinos penitus reformidat. Quis igit p̄ceptū illud pri-
mus induxit: aut vnde factū est: qd tā ptinaciter indoctorū animis in-
sederit: vt nihil sit: qd maiori cōtētione defendāt? Quib⁹ astipulātur
nō infime cōditionis homines: sz maximi in re litteraria viri. Atq; im-
primis Aldus manuti⁹: qui nūquā aliter pūgit libros: quos p totū or-
bem terē disp̄git. Sed quid si Quītilian⁹ nihil tale p̄cipit? Quid
si nemo est hodie: qui vix doctū ita loquētē audierit: neq; opinor Aldus ipse sic vñquā est locutus. Igit Aldus: quispiā dicet: aliud facit:
aliud p̄cipit. Sic ē pfecto. plenaq; huiusmodi errorib⁹ est vita. Sed
in hoc peculiare quiddā accidit: vt cōtra falsum p̄ceptū: recte homi-
nes loquant̄ eruditī: alijs in reb⁹ ediuerso bene p̄cipiat: t agat ma-
le. Sed esto syllaba inclinatiū particule incubēs acuēda sit id qd esti
nostris p̄ceptionib⁹ traditū: num ita debet acui: vt isti faciūt: hoc
est excitato ac vehemēti quodā sono? Cur igit dedisti nobis p̄cep-
tū qd erat postea dediscēdum? Mirū quia illic cū vulgo hoc ē cum
pueris rudib⁹: cū preceptorib⁹ parū eruditis: cū sacrificulis t edituis
res agebat. Qd gen⁹ hominū nihil pbat: nisi qd didicit: atq; plerūq;
nouitatib⁹ offendit. Quos cū recta nō possem⁹ adoriri: dolis fuerunt
cīcūueniēdi. Dixim⁹ nāq; huiusmodi syllabas nō incitato illo accētu
pferendas: quē latinus sermo recusat: sz clemētiori t qlis est fere quē
ipsi moderatū appellabāt. Idq; testati suū in cōmentationibus nr̄is